

W c
2274



Q. X.

I

S
fr
P
lu
cs
d





F. G. V. D. M.
Augustanæ Confessionis Socii
modesta & pacifica

DISSERTATIO

CUM

Vito Erbermanno, è Soc. Jesu Theologo
famigeratissimo,

Super atroci illa criminatione, quâ pientis-
simum opus glossematon Biblicorum Vinariensium
publicè & iteratis toties vicibus prostituit, ac si præ illo libro nul-
lus hæreticorum magis noxius, venenatus, abominabilis & exe-
crandus in hunc usque diem Solis lucem conspexerit: Es sey bisß
dato von keinem Reker ein schädlichers / giftigers Buch / und das
mehr zu verfluchen sey / an der Sonnen / Licht kommen / als
eben die Weimarische glossierte oder viel
mehr verderbte Bibel.

Germanopoli,
ANNO M. DC. LXXIII.





Salutem & omnigenam prosperitatem ab eo, qui mundi
salus est, Servatore & DOMINO nostro JESU
CHRISTO!

Vir maximè Reverende, Domine Pater honoratissime.



Um, quid in bellis Domini Dei nostri super cœlicâ veritate agatur, his præsertim feriis canicularibus circumspicio, fortè fortunâ etiam incido in illum librum, qui Te Autore Moguntia hoc anno prælum pati debuit & à tortura infaustum & horrendum nomen der Lutherischen Schrift: Solter accepit.

Horror me invasit, fateor, ubi hanc nesciebam cujus operis structuram à limine salutaturus Inscriptionem tam terribilem conspicabar & VITTI ERBERMANNI, magni illius & multis jamdum annis famigeratissimi è societate Jesu Theologi TORTURAM LUTHERICO-BIBLICAM in fronte legebam. Ingressus autem quamprimum eram, & sub initium capitis tertii illa tua germanica verba offendebam: was ich in parallelis, in Analyfi, in justa expostulatione zum drittenmahl gesagt / darauff bleib ich unbeweglich / wie ein Fels / und wiederhole es zum vierdten den Jehrnischen zum Spott. Nemlich: Es ist biß dato von keinem Kezer ein schädlichers / giftigers Buch / und das mehr zu verfluchen sey / an der Sonnen-Liecht kommen / als eben euere Glossierte oder vielmehr verderbte Bibel. Diese Contestation sol für bekant auffgenommen werden: Und für dieselbe Red und Antwort zu geben wil ich mich nicht allein Ihrer Kayserslichen Majestät und Ständen des Römischen Reichs / sondern auch den Griechen / welche uns anfeinden / ja auch den Heyden / wenn sie nur einigen Ruhm gutes Verstandes und Gleichgewogenheit haben / unterwerffen: Erbiere mich auch weiters ad poenam Talionis, wenn ich nicht mit unwidersprechlichen Proben eure Lügen / Schmachreden und Crimina falsi bewehren kan. Auff diese provocation, die nunmehr zum vierdten mahl geschicht / weil weder Musæus, noch andere antworten: Als kan man sich wohl einbilden / sie geben den Handel verspielt / und das eigen Gewissen mache sie zaghaft / etc. Certè obstupui steteruntq; comæ vox faucibus hæsit, quid cogitarem, dicerem aut sentirem, non statim apud me inveniens. Et quis rem expendens non stupe-

stupefceret ad tam φορτικὸν ἔγκλημα, ex quo tantæ Pietatis Heroës & salu-
 taris hujus operis Glossematων Biblicorum Vinariensium Curatores & Auto-
 res, quorum memoria jam in pace esse debebat, rei tamen aguntur, ac si ma-
 gno molimine magnas impietates, quin abominationes egissent, & tanto sum-
 tu, tanto labore & studio tam venenatum virus ecclesiæ Dei parassent, unde
 animæ Dei sanguine tam carò emptæ non parvo numero enecari & exitio
 æterno involvi oporteat. Quinimò, quis rem expendens non stupefceret ad
 tam φορτικὸν ἔγκλημα, ex quo nos, qui hodiernum, per Dei gratiam super-
 stites sumus, dignati à Deo Oeconomi & Dispensatores mysteriorum divino-
 rum in ecclesiis Lutheranis γησίως evangelicis non possumus non inculari,
 ac si loco salutaris doctrinæ *venenata pocula propinemus* auditoribus nostris,
 dum illos ad exemplum Christi Scripturas scrutari adeoque ad communem
 captum tam bene præparata Biblia Vinariensia sedulò & devotè legere & me-
 ditari hortamur. Attamen ubi mihimet restitutus eâ, quâ id decet, cogitan-
 tiâ rem considero, omnia quæ circumstant expendo, & quæ retroacta sunt, in
 memoriam revoco, ex stupore in admirationem rapior, & pensitata simul eru-
 ditione & religiositate tua, Pater maximè Reverende, non satis capere aut in-
 telligere queo, qui fieri potuerit, ut, contra officium Christianitatis, cujus est
 omnia, quæ evidenter mala non sunt, in bonam partem interpretari, Tu tam
 sanctus & religiosus Pater tantorum criminum & abominationum tum san-
 ctissimum librum tum sanctos ejus autores & curatores etiam iteratâ toties
 vice poscere, evictionem illorum sacræ Cæsareæ Majestati & omnibus sacri im-
 perii Romani civibus, quin & Græcis simul & Gentilibus offerre, imò ad re-
 sponsum Lutheranos quoscunque provocare non erubueris & cantatâ
 ante triumphum victoriâ illis imputare, quod, quæ responderi debeant, inve-
 nire penitus non possint. Numquid sic Tui prorsus oblitus es, mi Reveren-
 de Domine Pater, ut, quid ante annos jamdum plusculos Te inter & accu-
 ratissimum à parte nostrâ Theologum Jenensem, Dominum D. Joh. Musæum,
 in eadem hac causa actitatum fuerit, in memoriam non rectius revocares?
 Tuum jam tum erat φορτικὸν illud ἔγκλημα: *Daß biß dato von keinem Re-
 ßer ein schädlichers / giftigers Buch / und das mehr zu versuchen sey / an der
 Sonnen = Liecht kommen / als eben der Jenischen glossierte oder vielmehr ver-
 derbte Bibel.* Tuum igitur jam tum quoque erat, tam atrocis accusationis
 Enunciationem rationibus solidis, dilucidè ostendere, & quasi in aprico po-
 nere, ut veritas illius ab omnibus, qui ratione uti commodè possunt, intelli-
 garetur. Id quamdiu factum non fuerat, Musæo, vel cuilibet alii, satis esse
 potuisset, *si falsa esse illa imputata* in contrarium scriberet, id quod etiam fe-
 cit Dominus Musæus p. 15. *Si postularet, ut cumulatorum maledictorum rationes*

afferat, & quæ dicis, probes, id quod idem fecit Musæus p. 85. Hoc quidem sufficere potuisse, non possunt non judicare, sive è Græcis fuerint, sive Gentilibus, modò ratione uti sciant & veritati testimonium dicere velint.

Is autem sub cujus sancto imperio Tu hæc scribis, Mi Erbermanne, Serenissimus Princeps Elector Moguntinus, pro illâ, quâ pollet, iudicii acrimoniâ & omnigenâ eruditione hæc non posset non dexterrimè dijudicare, si non aut majora, quibus occupatur, negotia, aut certè, quâ major nulla est, opinionis vis illud impediret. At enim è superfluo bonitatis in optima nostra causa sic Tibi liberalis fuit *à neßesur* Dominus Musæus, ut, quamvis facilè intelligeret, quin & apertè demonstraret, *non quidquam à Te prolatum fuisse præter verba maledica & inania, in quibus nulla vis probandi quidquam,* pag. 55. seqq. omnia tamen, quæ tantum in argumenti alicujus aliqualem speciem allata erant, sic accuratè excusserit, ut cum Tu Glossas Vinarienses impietatis nefandæ & abominationum execrabilium convincere volueris, ille in contrarium ne minimi quidem erroris, ullam earum convictam fuisse, evidenter & quasi ad oculum ostenderit. Fac, quæso Te, mi Reverende Erbermanne, fac, inquam, ut Augustissimi Imperatoris Romani & quotquot in sacratissimo hoc imperio per immensam Dei gratiam nobis supersunt, Præpotentissimorum Principum, quin & Græcorum & Gentilium iudicia subire possint ea, quæ in hoc negotio inter Te & Dominum Musæum intercesserunt; ego hoc unum tam certò scio, quàm meos me habere digitos; quotquot super illa causa cognoverint, sic omnes iudicaturos; quod quæ à Te allata quamvis (quod nos strenuè negamus) vera sint omnia, nondum tamen, quod oportebat, ad eum, quo id par erat, modum evincant, aut tantæ criminationis tam atrocem conclusionem inferant: Dum interim Dominus Musæus omnibus illis tuis etiam ex abundantia satisfecerit. Quæ igitur, ut molliter tecum agam, quæ animum occupavit oblivio, ut scribere audeas: Auf diese provocation, die nun zum vierdten mahl geschiehet / weil weder Musæus noch andere / antworten: Als kan man sich wohl einbilden / sie geben den Handel verspielet und das eigene Gewissen mache sie zaghafft. Quin imò, Reverend. Domine Pater, quæ Te dementia cepit, ut ad vim Musæanæ evictionis magis mutus quàm piscis, cramben tamen recoctam toties de Glossâ Lutheri ad Prov. 31. v. 10. denuò ad nauseam usque apponas & tam insolenter scribas: Sie muß ich nun dem Musæo etliche Fragstücklein auffgeben (Davus sc. Oedipo) welche mir und andern schwer zu ergründen. Erstlich / ob er auch weiß / was das sey / der Wort: Verstand? Und so ers weiß / (wie ich nicht zweifele) ob und wie er ihm traue den Jenischen Theologen die Lügen schand außzuwäschen / weil sie für gewiß den Leser asscuriret / sie hätten alleinig den Wort: Verstand in ihren Erklärungen gesucht / und doch
in

in unzählbaren Orten der H. Schrift nichts weniger/als dieses gethan? Zum
Exempel/da sie den Spruch Salomonis (mulierem fortem quis inveniet. Wer
wil ein starck Weib finden. Prov. 31. v. 10.) reimen weise glossiren/ wie folget:

Nicht liebers ist auff Erden /

Als Frauen Lieb / wems kan werden.

Mein Musæ, ist denn dieses der eigentliche reine Wort, Verstand? Ist das
die Meynung des H. Geistes: Oder ist's nicht ein Venus Gesang von Asmodæo
dictiret? Gehöret dieser buhlerische Reim nicht vielmehr in den Türckischen Alcoran,
als ins Evangelium Christi? Pfui! speien solte man auff solche Schrift
Schänder/die sich dennoch rühmen/sie suchen allein den reinen Wort, Verstand
&c. Numquid autem negare potes in alphabetico hoc carmine, quod in mu-
lierum laudes sanctissimus ipse & castissimus Dei Spiritus cantari fecit, versi-
culi hujus decimi sensum literalem esse; quod (Chail) Mulier virtute & pietate
strenua & excellens præ gemmis pretiosissimis rara sit & chara, quodq; si cui
talis in uxorem detur, rarius aut charius (inter bona mundana) inveniri nihil
possit. Judicet autem, cui sanum tantum rationis iudicium superest, num ab-
hinc in diversum abeat, vel B. Lutheri, vel Vinariensium glossa, quæ, si non
mutilatè citatur, sic habet: Wem ein tugendsam (verständiges und am Ge-
müth tapfers) Weib bescheret ist / die ist viel edler / dann die köstlichen Perlen.
(Herr Lutherus: Nichts liebers ist auff Erden / denn Frauen Liebe/wems kann
werden; Sintemahl verständige/Gottesfürchtige und recht tugendsame Frauen
sehr selzam sind. Quod si autem juxta omnium aut plerorumq; saltem interpre-
tum opinionem hic literalis & purus est verborum sensus (der eigentliche reine
Wort, Verstand) quæ ausus es, religiose Pater, tantæ impuritatis postulare pu-
rissima hæc & purissimo sermoni S.S. consona glossemata? Numquid hæc fan-
tissimi spiritus effata Tibi aut Veneris carmina aut Asmodæi illius omnium de-
pravatoris dictata jure audire poterunt?

Equidem si illicitos amores cum Ænea Sylvio, postea Romanæ vestræ
Ecclesiæ supremo Dictatore, cantilassent, aut verò cum Johanne Casa, sanctis-
simo illo Episcopo Beneventano, nefandam in Masculos venerem laudassent,
digna fuisset scriptio conspurcationibus tuis & in quam sententiam diceres: Es
gehöre dieser buhlerische Reim vielmehr in den Türckischen Alcoran / als ins
Evangelium Christi. Pfui! speien solte man auff solche Schrift. Schänder &c.
At enim quando cum Sacro-Sancto Spiritu castissimæ illius & æternæ mentis
laudes in castum uxoris strenuæ amorem, ea ratione, quæ id, ad minimum in-
conveniens non est linguæ germanicæ, popularibus suis expressit, judicet, quæ
peponem pro corde tantum non habet, num tantas abominationes & execra-
tiones meruerint sive Lutherus, qui primus addidit, sive Vinarienses, qui suis

inferuerunt hæc glossemata, Quæ insuper de glossâ Ebr. 13. v. 4. ad tam accuratam Musæi responsionem regeris, certè viliora sunt, quàm ut vel eruditionem illam tuam vel religiositatè decere possint. Esto & hoc penes lectorem quemvis iudicium; sic enim habet Glossa: Die Ehe (Der Ehestand als Gottes heilige Ordnung) solle ehrlich gehalten werden bey allen/ (Daß iederman / er sey welches Standes und Ordens er wolle / desselben allezeit in Ehren und zum besten gedenecke/wenn er zu seinen Jahren kommen / mit Gott und mit Gebet denselben anfangen/und hernach auch Christlich und ehrbarlich führe.) Quæso Te, Domine Erbermanne, si quid carpendum habes, quid illud sit, liquidò ostende, & qui ad Christianorum Græcorum iudicium provocabas antea, nunc tecum ipse cogita, annon Græcorum gentilium fide, id est, sublestâ & malâ egeris, quando in hac tua tortura Lutherico-Biblica Glossatorum Vinariensium verba sic adducis: p. 15: Ein ieder/wes Standes er sey / soll allezeit reputirlich vom Ehestand reden: Nachmals/wann er Mannbar worden NB. **Muß** Er mit Gott und Gebet in denselben eintreten. Quam hæc à Te citata non sint Vinariensium glossatorum verba, quamq; illud Tuum Oportet **Er muß** / & quam inde extorques, matrimonii contrahendi in omnibus adultis, etiam in Senecione Domino Wigando necessitas, quàm hæc, inquam, non nisi ex tuo additamento fient, iudicet, qui rem cum re, scriptum cum scripto conferre voluerit, sive è Græcis sive gentilibus; æstimet autem insimul, anne tantam religiositatem tanta deceat falsitas. Ad ζήτημα illud, quod de arbore hæreseon Domino Musæo deferri cupis, idem, quod Christus patiens olim summi Pontificis seruo respondebat, Tibi seruo Pontificis hodierni ego reponerem: *εἰ κακῶς, μαρτύρησον ὡς ἐστὶν κακῶς; εἰ δὲ καλῶς, τί δέρεαι;* Quod si enim verà non sunt, quæ illud sic dictum stemma hæreticæ arboris continet, cur non, quâ id par est, ratione inter Christianos & eruditos refutas? Quod si autem vera sunt: Cur viris hisce de veritate divinâ tantoperè sollicitis exprobras, quòd veritates publicè etiam & iteratò legi fecerint? Papam Anti-Christum statui, adeoq; huic applicari, quæ de Anti-Christo in vaticiniis sacrarum Scripturarum habentur, id nimis molestè fers, & quasi extra Te mentemq; tuam constitutus furis potius, quàm sani aliquid ad ea, quæ jamdudum scripserat Dominus Musæus, respondes. Verum enim verò, Mi Reuerend. Pater, publicè Tibi scribere debeo, quod in aurem dicere non possum. Scias igitur tum Glossatores Vinarienses, tum plures alios Augustanæ Confessionis socios ab ipso Paulo electo illo Christi organo manu quasi ductos fuisse, ut ad Pontificè Romanum applicarent, quæ de Anti-Christo leguntur in sacro codice, vaticinia. Unde huic quidem Autori præcipuè imputari debebāt, si qua essent in tali re abominationes aut impietates. Sic enim Divus ille gentium Doctor, quando non suos tantùm Thessalonicenses, sed

quot-

quodquot postea Christiani fuerint, monere praeftituerat, de Adversario illo Christi & filio Perditionis, graphicè scribit: *Ne quis vos ullo modo seducat, Etenim non veniet apostasia & defectio, priusquam revelatus fuerit homo peccati, filius Perditionis, Adversarius ille & elatus supra omne, quod Deus dicitur & colitur. Ita ut in templo Dei tanquam Deus sedeat, & se, tanquam Deus sit, ostendat* 2. Theff. 2. v. 3. 4. Arrige nunc aures, mi Erbermannne, ut quomodo nos ipse Paulus in hanc opinionem de Anti-Christo Romano duxerit, distinctè & dilucidè intelligere possis. Homo ille peccati & filius perditionis, ἀντικείμενον ὁ ἄνθρωπος ὁ υἱὸς τῆς ἀπολείας ὁ ἄνθρωπος ὁ υἱὸς τῆς ἀπολείας ὁ ἄνθρωπος ὁ υἱὸς τῆς ἀπολείας, ille five adversarius elatus Dei & Christi nostri, qui in vaticiniis aliquibus Anti-Christus dicitur, is, inquam, debet revelari ἡ ἀποκάλυψις, sed quomodo? ὥστε αὐτὸν εἰς τὸν ναὸν τοῦ θεοῦ ὡς θεὸν καθίσαι, ἀποδεικνύντα ἑαυτὸν ὅτι ἐστὶ θεός. Quapropter sedere in ecclesiâ, Dei templo, tanquam Deus & se pro Deo gerere, venditare, nota erit characteristicâ, per quam revelari, unde nosci debet Anti-Christus, Adversarius ille elatus, Homo peccati & perditionis filius. Non autem credo, ovum ovo similius esse posset, quàm hæc ἐκτύπωσις cum illa imagine convenit, in quâ Pontifices Romani sese conspicuos orbi dederunt. Annon enim id est in templo & ecclesiâ Dei sedere & se pro Deo gerere, venditare, si quisquam potestatem supra omnia divinam sibi asserens leges Dei & ceremonias mutare, quin & religionem omnem suâ voluntati subicere conetur, uti ferè ad verbum loquitur D. Hieronymus, quando ex Symmacho interpretatur verba illa: Contra Deum Deorum loquetur Dan, XI. Numquid igitur in templo Dei ut Deus sedet & pro Deo se gerit, venditatve, qui vicario Dei munere se frui, inq; tota ecclesia Christiana se loco Dei magni & Salvatoris nostri Jesu Christi sedere se jactat? Numquid in templo Dei ut Deus sedet & pro Deo se gerit venditatve, qui absolutam in ecclesia quidvis agendi potestatem sibi vindicat, sic, ut de jure supra omne jus dispensare possit, id quod gloriatus est Innocentius III. Sic, ut Angelis Paradisi imperare præsumat, cum Clemente VI. sic, ut terras regnaq; gentium pro lubitu mutet, donet, auferat, cum Alexandro VI. quin, ut sub pena æternæ damnationis omnem humanam creaturam obliget & sibi subiciat, id quod fecit, qui parum benè fecit, Bonifacius Octavus. Numquid in templo Dei ut Deus sedet & pro Deo se gerit venditatve, qui in glossa juris Canonici se Vice-Deum, reipublicæ Christianæ Monarcham & Pontificiæ OMNIPOTENTIÆ conservatorem nominari, quin & applicari sibi voluit id, quod non nisi Deo magno & salvatori nostro Domino Jesu Christo competit è Dan, VII. v. 14. Dedit ei Dominus potestatem & regnum & omnes populi ipsi servient, potestas ejus potestas æterna, quæ non auferetur, & regnum ejus, quod non corrumpetur &c. Id quod de Paulo Quinto ostendit Philippus Mornæus Dominus de Plessis. Immo, numquid in templo Dei ut Deus sedet & pro Deo se

se gerit venditave, qui non renuit, ut supra filium Dei collocatus Pamphilius dicatur & universalis mediator angelorum & hominum, cum interim verus ille & magnus Dei filius Jesus Christus non nisi Filius & intercessor Dei & hominum tantum particularis dici debeat, quod de Innocentio X. evincit id, quod sub Electione illius tam frequenti lectione celebratum fuit, votum Italo-Græci alicujus Joan-Baptistæ Catum-Syriti, dum inter cætera abominabilia pessimæ adulationis etiam hæc habet: Sed filius Dei fuit Filius non fuit Pamphilius: Fuit intercessor Dei & hominum, non fuit universalis mediator angelorum & hominum ceu Pamphilius. Si ex nominis analogico æternoq; anagrammate præfagire licet aliquod mysterium in tempore: Tu ab æterno prædestinatus es esse Pamphilius in terris ac dici Pamphilius æmulus filii Dei in coelis. Pamphilius ergo eris, &c.

Est igitur pro Anti-Christianismo regni Papalis argumentatio ejusmodi:

Quicumq; sedet in Domo Dei tanquam Deus & inibi pro Deo se gerit & venditat, is est *ἀντικείμενος* ille & elatus Adversarius, homo peccati & filius iniquitatis adeoq; ipse Antichristus. Quicumq; in ecclesia Dei supremam & absolutam sibi omnium potestatem supra jura omnia adeoq; divina etiam ex jure dispensandi, in omnem humanam creaturam cum comminatione æternæ damnationis, nî pareant, quin & in angelos Paradisi imperium exercendi sibi tribuit: titulo Vice-Dei, Monarchæ reipubl. Christianæ & Conservatoris OMNIPOTENTIÆ pontificiæ superbit: id, quod nisi de uno Salvatore Jesu Christo dici debuit, sibi tribui fecit; quin qui se præ filio Dei tantum Filio Pamphilius & præ illo intercessore tantum & non universali, mediatorem universalem angelorum & hominum laudari non detrectavit &c. Is in templo Dei tanquam Deus sedet & pro Deo se gerit venditave.

Ergo. Quicumque in ecclesia Dei supremam & absolutam omnium potestatem supra jura omnia, adeoque divina etiam, ex jure dispensandi, in omnem humanam creaturam cum comminatione æternæ damnationis, nî pareant, quin & in angelos Paradisi imperium exercendi, sibi tribuit: Titulo Vice Dei, monarchæ reipublicæ Christianæ & Conservatoris OMNIPOTENTIÆ pontificiæ superbit: Id, quod nisi de uno Salvatore Jesu Christi dici debuit, sibi tribui fecit, quin qui se præ filio Dei tantum Filio, Pamphilius, & præ illo tantum intercessore non universali mediatorem universalem angelorum & hominum laudari non detrectavit &c. is est *ἀντικείμενος* ille & elatus Adversarius, homo peccati, filius iniquitatis, adeoque ipse Antichristus.

Porro;

Qui-

Quicumq; in ecclesia Dei supremam & absolutam omnium potesta-
tem supra jura omnia, adeoq; divina etiam, ex jure dispensandi, in omnem
humanam creaturam cum comminatione aeternae damnationis, ni pareant,
quin & in angelos Paradisi imperium exercendi, sibi tribuit: Titulo Vice
Dei, monarchae reipublicae Christianae & Conservatoris OMNIPOTEN-
TIAE pontificiae superbit: Id quod nisi de uno Salvatore Jesu Christi dici de-
buit, sibi tribui fecit, quin qui se praefilio Dei tantum Philio, Pamphilium,
& praefilio tantum intercessore non universali, mediatorem universalium
angelorum & hominum, laudari non detrectavit &c. is est *ἀντικρίστος*
ille & elatus adversarius, homo peccati, filius iniquitatis, adeoque ipse
Antichristus.

Atqui qui sic dictam Petri Cathedram occupant sunt tales &c.

E. Qui sic dictam Petri cathedram occupant sunt ille *ἀντικρί-
στος* & elatus adversarius, homo peccati & filius iniquitatis, adeoque ipse
Antichristus.

Pro syllogismi Majorem, quam vocant Logici, propositionem Divus
ipse gentium apostolus habet, dum loco superius citato expressè satis po-
nit notam characteristicam unde revelari & innotescere debeat *ἀντικρί-
στος* ille & Adversarius Christi, quod sessurus sit in templo Dei ut Deus,
seque pro Deo gesturus & venditaturus.

Minorem autem non negabit, qui rem rectè tantum pensitat. Quid
enim aliud est in templo Dei ut Deus sedere, pro Deo se gerere & vendita-
re, nisi divina in ecclesiam jura, divinam potestatem, divinos titulos, ho-
nores & proprietates sibi tribuere, sic, ut prius cum posteriore idem sit, &
non aliter inde, nisi ut explicatior circumscriptio, discrepet. Quemadmo-
dum enim Tyrannus aliquis, qui in mundano quodam regno regiam sibi
quidlibet agendi potestatem tribuit, reipubl. Monarcham se scribit, non
nisi vero Regi debitum cultum & honorem sibi arrogat &c. quemadmo-
dum is, inquam, rectè dicitur in regno illo thronum regium occupasse, in
illo se ut regem collocasse, ceu regem se gerere, pro Rege venditare &c.
Ita qui in templo Domoq; Dei, regno illo gratiae Domini & Salvatoris
nostri Jesu Christi, regiam sibi quidlibet agendi potestatem tribuit, Chri-
stianae hujus reipublicae Monarcham se scribit, honoremq; & cultum non
nisi vero Regi Jesu Christo debitum sibi arrogat, non poterit non rectè di-
ci, quod in illo templo Domoq; Dei, regno illo gratiae, ubi non nisi DEUS
Rex est, thronum divinum regium occupet inq; eo se ceu Deum collo-
cet, ceu Deum gerat, pro Deo se venditet &c.

B

Poste-

Posterioris autem Syllogismi Minorem (Major enim probata jam-
dum prioris conclusio est) illa , quæ inter gesta pontificum ab ipsis etiam
Romanæ ecclesiæ affectis relata sunt, evidenter & ad oculum ostendi, quin
ex paucis illis, quæ ego jamjam retuli, patefacere poterunt. Provoca
igitur, mi Reverend. Domine, provoca super hoc nostro asserto & illius
probatione in judicium & sententiam dicendam quoscunq; volueris, sive
Græcos, sive Gentiles, modò in aliquali ratiocinio humano veritatem a-
ment, certè sentient, quàm hæc meæ argumentationes præ illis tuis arena-
rum funiculis, ex quibus tam atrocis criminationis conclusionem Domi-
nis Glossatoribus Vinariensibus moliris, validiores sint & longè fortiùs
stringant.

Quod si autem sedis pontificiæ Dominis ex ipsa Apostoli *ὑποτυπώσεις*
convenit character Anti-Christi, quæ, quæso, tortura est, huic, quæ de An-
ti-Christo habentur in sacris literis, vaticinia appropriare & applicare?
Sed quò dilabor? Neq; enim mei jam nunc instituti est, in torturâ tuâ
Lutherico-Biblica tam malè tortas *ἀσυνλογίας* ad incudem revocare
aut examini subicere: Super atroci criminatione & gravissimâ accusatio-
ne glossatorum Vinariensium agere tecum mihi animus est ad eum mo-
dum, quo id homines Christianos decet, id est, cum ratione & mansue-
tudine.

Tua est, quam toties dixi, tanti *ἐγκλήματ* conclusio: Es sey
biß dato von keinem Kezer ein schädlichers/giftigers Buch / und das mehr
zu verfluchen sey / an der Sonnen-Licht kommen / als eben die Weimarische
glossierte oder vielmehr verderbte Bibel. Tuum igitur esse, ut illam pro-
bes decenter, id est, solidè, evidenter & apodicticè, sic, ut non plus in conclu-
sione sit, quàm in Præmissis; Tu tantus in bellis Domini gerendis miles
& Veteranus quidem (utinam tantum non ex hostili castro!) ignorare
non poteris.

Agito igitur hanc tantæ accusationis conclusionem per evidentem
rationem, quæ mediū termini locum in Syllogismo aliquo bono & ad le-
ges disputationis legitimè adornato sustinere possit, Tu nobis evidenter
ostende. Quantæ autem difficultatis opus, quàm insupportabile onus
humeris susceperis, tum demum, ubi rem rectâ viâ aggressus fueris, ex-
perieris. Ex tuomet enim promisso teneris in glossematis hisce Bibliorum
non tantum errores ostendere, à quibus fortè humanum opus nullum ex-
cusari poterit, sed potius hæreticorum *ἀρετικώτατα* effata & doctrinarum
abominabilium doctrinas maximè abominabiles evincere & ad solem in
apri-

aprico ponere, eo quidem numero & modo, ut inde, apud eum, qui ratione
uti scit, constare etiam possit, quam præ glossæ matris hæc in hunc u/q; diem
magis noxius & abominabilis ex omnium hæreticorum libris nullus alter
prodierit.

Quam maximè igitur abominabiles fuerint & execrandæ ob noxam
& virus suum Carpocratianorum, Gnosticorum, Adamitarum &c. &c.
doctrinæ, tuum erit, Reverend. Ebermannne, quam præ his omnibus Vi-
nariensium glossa magis sit abominabilis & execranda, evidenter & solidè
ostendere. Quam maximè hæreticæ noxiæ & venenatæ fuerint omnes
Manichæorum, Tritheitarum, *αλόγων* &c. &c. sententiæ, tuum tamen e-
rit, quam hæc præ illis omnibus hæretica magis, noxia & venenata sit, in
aprico & quasi ad solis conspectum ponere.

Tu, mi Ebermannne, ad pœnam talionis Te ultrò offers, nisi pro-
missa præstiteris, & hanc execrandam abominationem eviceris. At enim
taliter abominandis peccatoribus & mendacibus, qualiter glossæ matron
Vinariensium curatores & Autores prostituis, pœna non poterit esse alia,
nisi *portio in stagno igne & sulphure per mortem secundam ardente* Apoc. 21. v. 8.
Quæ igitur alia, nisi hæc talio, si quidem ex voto procedat res, manere Te
poterit? id quod tamen ut elementer à Te avertat is, qui nos à morte re-
demit & ex inferno liberavit, corditùs voveo. Etenim ah! Eheu! nimis
exquisite & diuturni sunt inferni cruciatus, quam ut quisquam è Christia-
nis eos minimo etiam vermiculo vovere debeat.

Quod si autem absq; tuo voto, temerario certè illo, fuerit, cogita,
quam ex illâ tuâ præsumptione malum Tibi & periculum accersiveris? *Λοι-
δοργες* ex illo etiam peccantium numero esse, qui (quamdiu tales sunt) re-
gnam cælorum ingredi non possunt, dubitare Te non sinit *θεόπνευστος* gen-
tium Doctor, qui sic satis evidenter & perspicuè, *οι μὲν λοιδοροῦσι*, inquit, *βα-
σιλείαν θεῶν & κληρονομήσουσι* 1. Cor. VI. v. 10. Annon autem *λοιδορία* sit, tan-
torum criminum & abominabilium vitiorum non postulare tantum, sed &
publicè in scriptis per mundum volitantibus iteratâ toties vice, prostituere
eos, qui apud suos honorati, pii & Christiani habentur; cum tamen accu-
sationem tam atrocem evidenter & perspicuè nunquam probaverit & evi-
cerit, quin probare vel evincere nunquam poterit; id omne judicet, qui,
quid recta ratio dicat, vel mediocriter noverit, sive is denuò è Græcis sive
Gentilibus fuerit. Cogita igitur, honoratissime Pater, cogita, per Deum
Te quæso, salutis nostræ æternæ reparatorem, quando quidem illa maledi-
cta tua probare in æternum non poteris, cogita inquam denuò, unde ex
hoc

QX No 2277

hoc solo *λοιδορίας* peccato cecideris, ne aliquando propter impoenitentiam criminis tam magni & salutis exclusivi *Dominus Deus noster Tibi superveniat & candelabrum tuum de loco moveat*, uti id minitatus fuit olim Ephesiorum Episcopo Apoc. 2. v. 4.

Quod si autem adhuc sententia stat, in iudicio Augustissimi Imperatoris nostri, & cæterorum, qui sunt per Germaniam Principum, hanc turpitudinem & abominationem Vinariensium Glossatorum ad oculum demonstrare, quaeso Te, mi Erbermanne, rationibus tandem age, ut inde veram esse hanc tam atrocem tuam accusationem liquidò compareat.

Non est bona ratio, que non possit deduci ex propositionibus veris & redactis informam, ex vero scribebat ad Dominum de La Barre Jesuitam Gallum ex Hugonotis Gallia minister Cadomensis Dominus Bochartus ante annos non adeò multos. Ut igitur tua talis sit ratio, mi Erbermanne, etiam atq; etiam vide.

Interea autem, dum Vinariensibus Glossatoribus tali, quo decet, modo, hæc imputata crimina eviceris, cave, nisi aut vanus aut malus haberi volueris, super aliquâ provocatione repetitâ glorieris, aut vana præsumptione, ac si ad hæc tua postulata vel maledicta potiùs obmutescere debuiffemus, victoriam ante triumphum canas. Servet Tibi Deus sanam mentem in corpore sano, id quod corditus apprecor & tanti tui *εγκλήματ* probationem avidè exspecto.

R. T. D.

ad pia queque vota & humanitatis, quin Christianitatis studia officiosissimus, addictissimus

F. G. V. D. M.
1672. d. 29. Julii.



21



am
niat
um
ra-
pi-
de-
ve-
no-
eda-
Gal-
ante
nne,
mo-
beri
tio-
isse-
nen-
t
Chri-
ictis-
M.
m

ULB Halle

3

004 966 821



VDM





Q. X. 125, 23

August

DISS

Vito Erber


Super atroc
simum opus
publicè & iteratis
lus hæreticorum m
crandus in hunc u
dato von keinem S
mehr zu verfluc
eben d

Socii

TIO

neologo

â pientis-
inariensium
llo libro nul-
nabilis & exe-
t : Es sey bis
Buch/ und das
mmen / als



Kodak
LICENSED PRODUCT
Black

© The Tiffen Company, 2000

KODAK Color Control Patches

Inches
Centimetres

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

